



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Secvndis Nvptiis. Titvlvs XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

## DE SECUNDIS NUPTIIS a.

## TITVLVS XXI.

## CAP. I.

Secunda nuptia non benedicuntur, & benedicens puniendus est.  
Alexander III.

**C**apellanus b (quem benedictionem cum secunda constitit celebrasse) ab officio, beneficioq; suspensus, cum literarum tuarum testimonio, sed sed. Apost. nullatenus destinare postponas.

## CAP. II.

Dubitans de morte conjugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet: & si contraxit, reddat, sed non exigat debitum: & postmodum si sciat primam vivere, dimittat secundam. Abbas Sic.

Lucius III. in uersa Christianis in captiuitate Saracenorum positus.

**D**ominus c, ac redemptor noster: & infra. Sanè super matrimoniis, quæ quidam ex uobis (nondum habita obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt: id uobis respondem<sup>9</sup>, ut nullus amodo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quòd ab hac vita migraverit conjugis eius. Si uero aliquis uel aliqua, id habens non seruauit, & de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quæ sibi nupsit, debitum non denegat postulanti: quòd si tamen noverit nullatenus exigendum. Quòd si post hoc de prioris conjugis uita constitit, relicti adulterinis complexibus, ad priorem conjugem reuertatur.

a Vid. Magistrum, & Theologos l. 4. sem. dist. 42. b Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. c Ca. 2. eod. tit. in 1. compil. huc spectans tradita supr. de sponsalib. ca. 11. presentia.

## CAP. III.

Si unus ex conjugibus fuit alius benedictus, non debent conjuges de nouo benedicere.

Vrbanus III. Vigilien. Episcopo a.

**V**ir autem b & mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedicere: quia cum alia uice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.

## CAP. IV.

Mulier nubens intra annuam legitimum, infamiam non incurrit. h. d. cum sequenti. Abbas Sic.

Idem Excomen Episcopo.

**S**uper illa questione c, qua quæsitum est, an mulier possit sine infamia nubere intra tempus luctus, secundum leges definitum: Respondemus, quòd cum Apostolus dicat: Mulier uiro suo mortuo, soluta est à lege uiri sui: in Domino nubat, cui uoluerit: per licentiam & auctoritatem Apostoli, eius infamia aboletur.

## CAP. V.

Summat, ut præcedens.

Innocentius III. P. Nobilis mulier.

**C**um d (secundum Apostolum) mulier mortuo uiro suo, ab eius sit lege soluta, & nubendi cui uult tantum in Domino liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiam sustinere iacturam, quæ licet post ritum intra tempus luctus (scilicet unius anni spatium) nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo utitur potestate, cum in his præsertim seculares leges non dedignant sacros canones imitari.

a al. Vigo. al. Vig. b Ca. 1. eo. tit. in 1. comp. & post. Cen. Lat. sub Alex. 3. p. 9. c. 1. c Ca. 2. eo. tit. in 1. comp. & post. Cen. Lat. p. 9. c. 2. d Ca. 1. eod. tit. in 3. comp.

FINIT LIBER QVARTVS.



# DECRETALIVM EPI- STOLARVM GREGORII LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVIVISIONIBVS  
& denunciationibus.

TITVLVS PRIMVS.

CAPITVLVM I.

De persona accusatoris prius quarendum est in iudicio.

Felix Papa a.



**S**ilegitimus b non fuerit accusator, non fatigetur accusatus.

## CAP. II.

A denunciatione repellitur u, qui non præmonuit.  
Idem Episcopi per Galliam constituitis.

a Primus. epist. 1. & 2. in eo. 770. id est, Claudio, & Paterno, Coss. b Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Bald. in l. damni. §. si alieno. ff. de damn. infest.

## CAP. III.

Criminatio prelati debet tractari coram illis, quorum interest.

a Cap. 8. eod. tit. in 1. comp. vid. Thom. 2. 2. q. 31. art. 1. Grego